

cati ægri criminibus rei. Hinc S. Scriptura morbos saepe vocat funes; & lectum, cui æger effigitur, vocat carcerem; in quo à Medico, quasi in equuleo, porionibus, sectionibus, clysteribus, & cucurbitis, balneis, cauteriis, ulioniibus, & affligitur. Ità Job in morbis suis c. 7. 11. nunquid mare ego sum aut cæcis, quia circumdedit me carere? Et David Pl. 17. 5. circumdederunt me dolores moris Cornelius hic.

Confide fili, remittentur tibi peccata tua. Matth. 9. 2. Declarans, quod paralyticus peccatis esset; primum peccata solvit. Theophylactus hic. Idcirco forsitan prius peccata dimittuntur; ut, causis debilitatis ablati, Sanitas restituatur. V. Beda in c. 2. Marci.

Remittentur tibi peccata tua. Luc. 5. 20. Primum animam sana, dicens: remittentur tibi peccata tua; multas infirmitates à peccatis nasci. Theophylactus hic. Hugo Card. hic. idem habet.

Erant ejusdem demonum. Luc. 11. 14. Cur non dicitur, quod Christus sanaverit mutum; sed quod egerit demonium mutum? ut dicitur demonium erat in causa, quod esset mutus. Et Christus D. ut bonus Medicus, radicem tollit, Sylveira hic.

Erant Jesus ejusdem demonum. Ib. Erat hic miser homo mutus, cæcus, ut habet Matth. 12. 22. surdus, ut Chrysof. Euthym. & Theophylactus ajunt. Per ea plebitur peccator, per que delinquit. Malorum opinio habet, miserum hunc hominem Deo injurium fuisse; & lingua, per verba otiosa; & oculis, per illicitorum visum; & auditu auferendo, quod proximo perniciosa: ut intelligat peccator, quomodo iustitia divina utitur iisdem rebus ad vindictam, quibus ille abusus fuerat ad offensam. Didacus Nyss. Sabb. D. 2. Quadr.

Ita ostendit vos Sacerdotibus. Luc. 17. 14. Cur ostendi vobis Christum leprosum Sacerdotibus? ut discamus, melius per Sacerdotes, quam per medicos, languores curari. Cur verò dum trent, sanati sunt? ut doceamus: Dei pharmacum accedentibus ægris currere, nec pati se ab iis conveniri. Ipsum curationis desiderium curatio est. Oliva l. 13. Strom. hic.

Tolle grabatum tuum, & ambula. Joan. 5. 8. Languido insigni sanato reliqui probabiliter sanitate donari: ex improbi enim societate poenis afficimur, à quibus abstrahi ab impio liberamur. Efcobar t. 1. mir. Chr. Obs. 10.

Jam noli peccare. Joan. 5. 14. Totà causa infirmitatis erat peccatum: quod dum non removebatur; frustrà languidus tot aquæ motus expectabat. Quid juyat moveri? tentare omnia: ubi solum peccatum immobile manet in anima.

Miserum vasa, quæ erant in navi. Joan. 1. 5. irritus erat nautarum labor; & Jonas, qui erat author tempestatis, somno stertebat. Bæza t. 2. l. 9. c. 2. §. 17.

Ece mittam eam in lectum. Apoc. 2. 22. ut scilicet ægra fiat. Cur ob tot seclera rigidior pena ei non infligitur? nihil durius mulieri, quam ut domi detineatur, & extravagari non possit. Sylveira hic. Mittam eam in lectum, id est, percussam eam morbo: ut que modò in voluptatum; ac vitiorum suorum, lecto quiescit; decumbat in lecto ægritudinis; indeque transeat ad lectum gehennæ. Cornelius hic.

Corpus hominis, ob varia peccata, variis saepe morbis afficit; & immutari videmus: membra enim corporis redduntur & inimica; quia ipse à Deo, & proximo, se alienari permittit. S. Ephrem de morbo linguæ.

§. IV.

Motiva patientiæ in morbis.

Transferunt omnia illa, tanquam umbra, & tanquam nuntius percurrent. Sap. 5. 9. Per nuntium currentem significantur passionis animæ, & corporis, quæ præcedunt mortem. Tales nuntios oportet hilariter, vel ad minus patienter accipere, & hospitium præpara; alioquin malè erit nobis Judic. 7. 24. vixit Gedeon nuntius. Hugo Card. hic.

Fili, in infirmitate tua ora Dominum; & ipse curabit te. Eccl. 38. 9. Matri de filio ægro major cura, & affectu signa, quam de decem sanis. Solutum ægro discipulo à patre datum, nè contristeris: quia, si ferrum es rubiginosum? rubiginem perdes: si aurum; si es purior. Brogmard. Morbi pellunt peccata.

Si vis, poteris non mori. Matth. 8. 2. Tu si vis, notat desiderium curationis mixtum cum resignatione: resignant enim, & se submittit voluntati divinæ; ut, si velit, curet; si nolit, non curet. Morbi enim saepe animæ sunt utiles: idque fit Deus; sed nescit homo. Cornelius hic.

Ut manifestentur opera Dei in illo. Joan. 9. 3. Poterat cæcus dicere: quid Domine: ad hoc homines in æruminis ponis, ut gloria tua manifestetur? Verum d. cæce l. quam magna est Dei misericordia, & gratia; vilissimum terre vermiculum in instrumentum gloriæ suæ assumere. Virga Aaron baculus erat. Num. 17. 10. sicut & aliorum pastorum: verum quia assumpta à Deo fuit in mirabilium suorum instrumentum; in

Arca testamenti reconditur; tantique æstimatur, & colitur; ut nemo, præter summum Sacerdotem, illam semel in anno perliceret. Gloriari ergo in infirmitatibus tuis, ut manifestetur in te virtus, & gloria Christi. Diez fer. 4. D. 4. Quadr.

Ece, quem amas, infirmatur. Joan. 11. 3. Venit infirmitas in Lazarum; sed longè antè venerat in illum Dei amor: prius dilectus dicitur, quam infirmus. Percepisti eum in benedictionibus dulcedinis. Pl. 20. 4. Antea dulcia amotis pocula, quam potiones amara. Bæza t. 2. l. 8. c. 3. §. 7.

§. V.

In morbo patientiæ exempla.

Teles saniem emebat. Job 2. 8. Accepit testam, ut raderet saniem. Dic d. beate Job! ob quam rem hoc facis? Merito, in cunctis, exaggero, atque commoveo, ipsos dolores; ut per cuncta ostendam nequissimo diabolo: quia ejus malitiam irideo; quia iniquitatem ejus contemno; quia omnes ejus plagas, atque vulnera, ad nihilum reputo. Ad hoc rase Job sua vulnera testa: ut nobis patientiæ, atque tolerantia, normam daret. Origenes l. 2. in Job. Job laborasse plus quam triginta morbis, puta, podagra, chirağa, ichiade, arthritide, dysenteria, angina, fame canina, igne facero, cancro, asthma, hæc hœtica, lepra, apostemate, pleuritide, vigilia, dolore renum, vermium, dolore costarum, visceribus putridis, ulcere pulmonum, scabie, lue veneræ, animi deliquio &c. ex ipsis Jobi verbis, toto libro sparsis, colligit nosser Pineda in Job c. 2. 7. S. Cyprianus ait: Job significare clarissimum Dei: quia amore ejus constanter tanta subsistit. Cornelius in ep. Jacobi c. 5. 2. suffertentiam Job audistis. Immundam ulceris sui redundantiam magna æquanimitate disstringebat, & erumpentes inde beliosas in coedem specus, & passus, foraminose carnis ludendo revocabat. Tertullianus l. 1. de patientia. c. 14.

Lazarus ulceribus plenus. Luc. 16. 20. Lazarus pauper erat, & infirmus graviter. Ecce alius dolor, videre alios in deliciis, se verò fame premi. Num igitur Lazarus in tantis malis blasphemat? nihil horum. Sed forte erat. Unde manifestum? propterea, quod Angeli ipsum mortuum susceperint. Theophylactus hic.

§. VI.

Morbi animæ, & cura eorum.

Non est circumdanda neque fœca oleo. If. 1. 6. Habes oleum divinæ misericordiae, in quo fovas vulnera peccatorum; habes oleum gratiæ, in quo mitigas morbos vitiorum; habes oleum gloriæ, in quo lenias fatigationes certaminum. Richardus à S. Vict. tr. 3. de statu inter hom. c. 8.

Hujus flamma caput ex aura optinet. Dan. 2. 32. Ad hoc procul dubio nonnulli permittuntur in actione deformiter cadentes; & aurum suum in argentum, argentum in æs, æs in ferrum; ferrum in telluram mittunt: ut ex proprio defectu, & quasi per experimentum discant; quid de propria virtute, & fortitudine, sentire debeant. Idem de eruditione hom. inter l. 1. c. 22.

Erant homo habens demonium immundum. Luc. 4. 33. Quid divina Bonitas misereri non desinit, nec continet in ira misericordias suas; Filium suum misit in terras; ut passiones humani generis, quas neque natura, vel ars poterant sua virtute curare; divina & supernaturali virtute depelleret: ut ostenderet, quid inanitibus facturus erat, qui sic corpora resolvebat. Simon Cass. l. 5. c. 8.

Murmurantes Scriba. Luc. 15. 2. Expedi infirmis Medico esse propinquos; aliter invalens infirmitas inferret exitium. Nulla major infirmitas, quam fieri peccatores; ad quam depellendam solus Christus est medicus: quia languores nostros ipse tulit: appropinquat Deo; & ipse appropinquabit vobis. Simon Cass. l. 6. c. 14.

Quia antiquorum morborum difficilis, & tarda curatio est; tanto velocius adhibentur remedia, quanto recentiora sunt vulnera. S. Leo l. 1. de Resurr. D.

Si facili morbos corporales depellere cupientes, nullis facultatibus parcius; etiamsi indusium dividendum sit, ut ab infirmitate illa liberemur: multo magis animæ infirmitatem, & gravissimam peccatorum vulnera, curaturi; per elemosynam, cum summa alacritate eam excercemus. S. Chrysost. l. 6. ferm. de Verb. Ap.

TITULUS XXII.

MORS.

§. I.

Symbola, & Allegoria.

Num. I.

Est Vesper, Occident.

Inclinata jam die. Gen. 24. 63. Cum mors appropinquat, egrediendum est in agrum penitentia, unde celestia contemplantur. Hugo Card. hic.

Cum autem sol occidisset. Luc. 4. 40. Bene in occasu solis se ægros deprehendunt; & accurrunt ad Jesum. Occasus hie, vitæ quoque occasum signat; quo instante quisque sua vulnera clare intelligit, radiis vicinæ mortis illustratus. Tunc fatetur, languores esse, quæ videbantur dignitates esse, & opes: ad occasum enim unde dignitas occidit, & mammona, Oliva l. 13. Strom. hic.

Veniet ab Oriente, & Occidente. Luc. 13. 29. Per orientem designatur vitam natiuitatis; per occidentem occasus mortis. Itaque spiritaliter ab oriente veniunt; qui consideratione suæ originis convertuntur, pensantes illud Job 14. 1. Homo natus de muliere. Ab Occidente veniunt; qui mortis memoria, Judicij metu, Inferni formidie, convertuntur; pensantes illud Hebr. 10. 31. horrendum est incidere in manus Dei viventis. Dion. Carth. hic.

Mane nobiscum Domine, quoniam advesperascit. Luc. 24. 29. Quando finis vitæ nostræ appropinquat; tunc advesperat. Sicut manè principium, meridies medium; ita vespere finis vitæ. S. Bonavent. l. 3. f. 3. Pasche. Quomodo magis inflat vespere hujus vitæ, deberemus cogere Dominum orationibus; jejuniis, elemosynis; ut maneret nobiscum. Hugo Card. in c. 19. Gen.

Sol Lem. Recedo, non decedo. Seneca ep. 36. mors, quam pertimescimus, ac reculamus; intermittit vitam, non eripit. Veniet iterum qui nos in lucem reponat dies. Picinelli.

Num. II.

Mors similis flumini.

Quasi aqua dilabimur in terram, quæ non revertatur. 2. Reg. 14. 14. Comparat vitam nostram aquæ, non fluminis pertransientis, sed pluvie delabenti in terram, ibique absorptæ; & evanescenti. Cornelius hic.

Qui sublatis sunt ante tempus suum; & fluvius subvertit fundamentum eorum. Job 22. 16.

In diluvio aquarum multarum. Pl. 31. 6. Hæ vitæ populus: nam sicut aqua aquæ succedit, ita populus populo. S. Bonavent. hic.

Pro morte desultorie deprecatus sum. Eccl. 5. 13. Mors dicitur desultorie metonymice: quia omnes, & omnia facile desultorie, & dilabi, sanctitatem, vigorem, vitam, sensus, opes, amicos, omniaque Mundi bona. Cornelius hic.

Omnia flumina intrant in mare. Eccl. 1. 7. Sicut mare est hospitium omnium fluviorum; sic mors est depositio finalis omnium mortalium. Idiota lib. 5. contempl. cap. 13. Et mare non redoundano, ib. idest, non stritur mors, quousque omnes mortui fuerint. Hugo Card. hic.

Patres nostri præterierunt; nos abibimus; posterique sequentur. Velut ex alto undarum jactus; aliis, atque aliis supervenientibus, in littoribus extrema franguntur: ita in terminum mortis succidit aliquidur ætates. S. Eucherius ep. paræz. ad Valerianum cognatum suum.

Fluvii in mare currentes. Lem. Propinquamus ad nuntium. Lipsius Cant. 3. ad Belg. ep. 3. omnes in eadem viâ currimus, & ad eundem finem. Picinelli.

Num. III.

Mors est somnus.

In pace in idipsum dormiam. Pl. 4. 9. Somnum hic mortem appellavit. B. Theodoretus hic.

Vade popule meus; intra in cubicula tua. If. 26. 20. q. d. ite Matyres, d. iusti, ad sepulchra; modicum ibi dormite, donec puniam impios. Cornelius hic hierogl.

Dicitur mors somnus propter spem resurrectionis. S. Thom. Aqu. in ep. 1. Cor. Lect. 8.

Num. IV.

Alia Symbola.

Ex Veteri.

Completurque Deus die septimo opus suum. Gen. 2. 2. Septima dies est absolutio à corpore: de qua Saluator Luc. 23. 43. hodie mecum eris in paradiso; quæ dies non habet vespeream. S. Bonavent. f. 3. hexam.

Resistiteque alterum in locum suum. Gen. 40. 21. Malum signum, quando incarceratus timet exire. Ex eodem carcere tres exierunt: Unus ad mortem, pistor Pharaonis; alius ad honores, pincerna regis; tertius ad regnandum Joseph. Alii è carcere vitæ exiunt, ut suspendantur in patibulo inferni; alii, ut glorificentur in cœlis. Diez f. 2. Dom. 2. Quadr.

Prostrati, & versa est in celabram. Ex. 4. 3. Serpens mortem significat: per serpentem enim homini mors perlata est. V. Beda hic.

Ad ultimum saliffimo claudentur mari. Num. 34. 12. Post egressum Israel ab Ægypto Deus complura loca designans Moyfi, tandem ad ultimum, inquit, saliffimo. Dum vivimus, in alium orbem peregrinamur. Tandem, post continuum hoc iter, & mare mortis saliffimum pervenitur. Hi termini sunt omnis voluptatis, & laborum: non plusultra. Drexelius Tribunal Chr. l. 1. c. 4. §. 1.

Consumuntur velut à riuca. Job 4. 19. Sicut enim tinea vestimentum corrodit, quæ ex vestimento nascitur; ita mors naturalis ex causis interioribus corporis exoritur. S. Thom. Aqu. hic. Lect. 3.

Putredinis dixi, pater meus. Et. Job 16. 14. Per putredinem, & vermes, juxta S. Gregor. l. 13. mor. c. 20. intelligit Job ipsam mortem. q. d. mors ista me genuit: quia vitæ humana magis refert mortem, quam vitam; filii enim dicuntur imago patris; quia ore, moribus, & ingenio parentes referunt. Pinna Ethol. 118.

Tolle eum ventus urent. & auferet; & velut turbo rapit eum de loco suo. Job 27. 21. Ventus est mors; quem cum putredine, & dolore, omnes involvit. Sim. Cass. l. 4. c. 9.

Salva me ex ore leonis. Pl. 21. 22. Utique mortis. Tertullianus l. adv. Judæos.

Ipsi calcaneum meum observabant. Pl. 55. 7. Calcaneum, quæ est ultima pars corporis, signat mortem, observabat S. Vinc. Ferr. l. 1. de S. Petro ad vine.

Flora apparuerunt in terra nostra; tempus putationis (sectionis) advenit. Cant. 2. 12. q. d. mox ut flores apparent, & initia vitæ florecent; jam ferè adest tempus secandi per mortem: idè surgit, propra, & veni; ad ludiosè operandum. De Ponte hic. Mors iustis est velut putatio arboris; peccatoribus verò sicut sectio, vel eradicatio: sicut enim arbor fructuosa putatur, ut novos fructus ferat; sic iustus Christo unctus tanquam palme putatur in morte; ut novos, & dulcissimos fructus ferat divinæ visionis, gaudij, & amoris. Id. ibid.

Quæ est ista, quæ ascendit per desertum sicut virgula sumi. Cant. 3. 6. Sunt, qui cum S. Ambrosio ep. hunc locum ascensionis animæ per mortem ad Deum aptent. Sicut aromata igne dividuntur, & partibus terrestribus in cinerem redactis, fumus ascendit: sic à morte corpus in sepulchro consumitur, spiritus ad Deum. Eccl. 12. 7. redit. At sicut fumus secum fert odores materia, unde ductus est; ita spiritus odores operum, quæ fecit in terra; Spiritus iniquorum odores pessimos. Spiritus Sanctorum sicut fumus aromatum Opera sequuntur illos. Apoc. 14. 13. De Ponte hic Exh. 20. §. 24.

Unus introitus est omnibus ad vitam, & similis exitus. Sap. 7. 6. Sancti Hieron. ep. 6. ad amicam ægrotam tom. 8. d. angustum, & satis anxium, tempus vitæ mortalis; ubi cum initio nominatur & finis: initium nostrum cum fine suscipimus.

Sicut solium fructificans in arbore viridi. Eccl. 14. 18. alia generantur. Et. v. 19. Brevis tempore victuri homines ad instar frondium enascuntur, & pereunt; & alii deccedentibus, succedunt alii; quos alii superventuri movebunt loco, & ad terram protruent. Eccl. 1. 4. generatio præterit, & generatio advenit. Octavianus hic.

Et quasi Cypressus in monte Sion. Eccl. 24. 17. Cypressus succisa non recrefcit: idèo prificis erat Symbolum mortis, & funeris; indeque vocatur feralis. Ità sapientia docet hominem memorem esse mortis; ac post mortem non esse reditum ad vitam; sed transiitum in æternitatem. Quare illud singulari affidue inelamat: Eccl. 7. 40. memorare novissimam tuam, & in æternum non peccabis. Cornelius hic.

Ab Aquilone pandetur malum. Jer. 1. 14. Symbolicè. Aquilo est frigidus, asper, & lava Mundi regio. Est symbolum mortis, mortemque plantis affert: Austro vitæ. Cornelius hic.

Ecce vincinus pomorum. Amos 8. 1. Poma sunt homines, quos

quos unicuique, idest mors, capit; nunc hunc, nunc illum; donec omnes colligat. Cornelius in hieroglyphicis Prophet. hic. Uncinus est mors; quæ ramos, & poma, idest, hominis dotes virtutes, & vitia, quamvis recondita, attrahit; ut Deo carpantur, & suis locis singula colloquantur. Ribera. Fernandus visone 28. mors variis uncinis, idest, variis morborum, & casuum, generibus attrahit ramos, in quibus plura sunt poma: idest, familias, in quibus plura sunt capita, eaque robusta: & valentia; quæ a morte videntur remotissima. Apud Cornel. in Amos hic.

Ex Novo.

Jam enim securis ad radicem arborum posita est. Luc. 3. 9. Eccl. 11. 3. Si ceciderit lignum ad austrum, aut ad aquilonem. Idem: dum homo moriendo defecerit, atque transierit ad regnum cælorum, quod per austrum: vel ad infernum, qui aquilonis nomine designatur: in alterutro horum locorum æternaliter permanebit. Hinc Bernardus ait: si vis scire, quò casura sit arbor; ramos ascende: & quò ponderosior ramorum est copia, illuc casuram non dubites. Rami arboris sunt desideria hominis: in quo si carnalia desideria præponderent, ad inferos cadet; si spiritualia, ad cælos evolvit. Dionys. Carthus. hic.

Cecidit, cecidit, cecidit. Luc. 6. 5. In Sacra Scriptura homo in morte dicitur cadere: quia, qui moritur, cadit de honore, & amicis; quantumcumque fit magnus. Item cadit de pulchritudine in turpitudinem; de magnis divitiis in paupertatem; de amore in odium: quia statim proficiunt de domo &c. de vita in mortem. S. Vincentius Ferrer. l. 2. D. Sexag.

Videte regiones, quia alba sunt jam ad messem. Joan. 4. 35. Cavillatur quidam lepidè senes; videt regiones, quòd albe sint ad messem; propter canos scilicet, & messem mortis. Theophylactus hic.

Veni nos. Joan. 9. 4. Præfens vita dicitur dies, & mors dicitur nox: quia dies dati sunt in scripturis, & noctes ad quietem. Hugo Card. hic.

Mitte saltem. Apoc. 14. 18. In campo aliqua frumenti spica sunt alii altiores; at dum messor eas demetit, omnes in terra sunt æquales: adeo ut, quæ major, & minor fuerit, cognosci nequeat. In morte omnes æquales. Stella de contemptu Mundi p. 1. c. 23.

Ex Patribus & aliis.

Sicut vita est, & vivus panis, qui de cælo descendit, & vitam dedit huic Mundo: sic & inimica ejus mors, panis est mortuus. Origenes tr. 3. in c. 17. Matth.

In parte meridionali, & septentrionali, figura vitæ, & mortis, continentur: quia vita in calore est, mors in frigore. Lactantius l. institut. qui est de orig. erroris.

Tanta facilitate carnem exuimus; quanta vestimentum. Hoc autem fiet; nisi pecuniis alligati fuerimus; nisi domibus, & nisi affectionibus; nisi finibus ab omnibus suspensi. S. Chrysof. hom. 67. ad pop. Ant.

Illud mihi exploratissimum est, te nunc animo ita comparatum esse; ut non corpore quidem indutam te esse existimes; ac si tempus id postulet, promptè illud exuturâ fis, quam alii vestes, quibus obiecti sunt. S. Chrysof. ep. 19. Olympiadi Diaconif.

Mitte Lazarum, dives ait. Quem milles præteristi, quem nè videre quidem voluisti: hunc tibi nunc ad salutem mitti potestas. Ubi verò nunc pœcillares tui? ubi parasitæ? ubi superbia? ubi aurum? folia erant: ea corripuit hyems; & exsiccata sunt omnia. Somnium erant: ut autem dies illuxit, abscessit somnium. Umbra erant: veritas venit, & umbra præterit. S. Chryf. tom. 6. tr. in terræ motum.

Mors a mortu primi hominis, quòd ille pomi esu mortem meruit. S. Isidorus l. 11. c. 2. Originum.

Mors a mordendo nomen accepit: aut quia nimis mordet; aut quia mortuum solum facit in parte: non enim in toto composito mors potest habere dominium. S. m. Caff. l. 3. in Luc. 1. v. 74.

Mors nihil est aliud, quam carceris finis, & laboris consummatio, oneris gravissimi depositio, de equo iurioso descendio, & de domo ruinosa liberatio. Idiota l. 5. c. 8.

Hyems est status culpe: ver est status penitentia. Cant. 2. 11. hyems transiit: æstas status perfectæ justitiæ: autumnus status mortis: tunc enim homo colligit, quæ seminavit. Hugo Card. in c. 35. Gen.

Sicut maris fluctus, licet furibundi, rursus illis, ibi fiunt, & eorum infatigabile dispersat: ita reges, & principes cum omnia absorbere videntur; ad lapidem tamen sepulchri impingentes deficiunt. Diez Mors.

In ludo latruncularum multi sunt, & diversi, calculi, reges reginz, equites, pepites &c. Dum ludus ille suo compositus est ordine, alios valore excedunt: ludo autem peracto calculi omnes invicem permiscetur sine discrimine; cuncti-

que, nempe dempto, in faculum intromittuntur. Ità pauperibus cum divitibus in hac vita sæpe contingit; ut alii aliis dignitate, fama, nobilitate excellant: alii reges, alii sint servi? alii pauperes, alii divites. Verùm finita vita omnes pariter in pulverem convertuntur &c. Diez Purgatorio.

In Boreali Oceano juxta Moscoviam piscis est, cui nomen Mors. Hæc bellua maximè dentata est. Non procul nobis hæc bellua quærenda est; mors sua cuique domi est. Drexelius. vol. select. virt. p. 2. §. 18.

Luna. Lem. Incipit ab occasu. Justus Lipsius Physiologia lib. 3. dissertat. 11. quem tanquam extremum formidas, æterni natalis est. Picinelli.

Stellæ. Lem. Vergimus ad occasum. Idiota l. 5. contempl. c. 1. sicut omnes stellæ, quæ ab oriente veniunt; quamvis sint magnæ claritatis, & virtutis; tendunt tamen ad occasum: sic etiam homines universi, qui ab oriente, idest, per nativitatem, intrant in Mundum; quamvis illi aliquantum rutulent, & clarificent; necesse tamen est, quòd tandem ad occasum mortis veniant, occidantque, Picinelli.

§. II.

Mors certa, & inevitabilis.

Ex Veteri.

Mors mortuus est. Gen. 5. 5. Cogitemus, de me quoque id dicitur; ait enim Ecclesiasticus 14. 12. testamentum hujus Mundi, mors morietur. Hoc erit meum, hoc omnium epitaphium. Cornelius hic.

Appropinquaverunt dies David, ut moreretur. 3. Reg. 2. 1. & infra v. 10. dormivit igitur David cum Patribus suis. Scriptura, quæ Davidem diu ante ipsius obitum vocare regem solebat; demum cum eo esset, ut reginæ morti commune tributum pendere, non amplius regem vocat. Rabbi Salomon ait; cum sæpe David decoretur regis titulo in scripturis: at cum de morte agitur, solamominem, prætermittit dignitate, fit mentio. Ingentem mortis potestatem illa regis dignitatis dissimulatio indicat: nam & opulentissimi, & victoriosissimi, & potentissimi reges; licet Davides id sint, qui gigantes straverint; leones, & ursos dilaceraverint; & invalidi pigmei sunt, & ignavi nani; si cum morte comparantur. Didacus Nyff. l. 5. D. 4. Quadr.

Ego ingrediar viam universæ terræ. 3. Reg. 2. 2. Idest, universorum habitantium in terra. Hæc est via regia, via communis; per quam necesse est omnes ire: & reges, & fervos; & bonos, & malos. Hugo Card. hic.

Nec habet præfatam in die mortis. Eccl. 8. 8. Hebr. non est præfatam in die mortis. q. d. non est principis, vel magistratus; qui imperet mortis. Vel: non est potens, idest, rex vel princeps, qui te liberare queat a morte. Cornelius hic.

Nec finitur quiescere ingruente bello. Ib. Hebr. & Græc. nec est missio, vel dimissio in prelio. Quod Cajetanus sic explicat: in acie, dum confingitur, nemo potest alium sui loco substituire, ut ipse immunis evadat: sic nec in hora mortis hero licet servum, aut filium, sibi substituat; sed ipse mortis agonem subire compellitur. Arabicus veritè: neque invenies epistolam in die belli. q. d. nemo accipiet dimissionis literas, quæ cum immunem a morte faciant; ut mors, iis visis, liberum a se dimittat. Cornelius hic.

Testamentum hujus Mundi, mors morietur. Eccl. 14. 12. Ingens ad omnem virtutem est hic stimulus; quo olim alacres nonnulli sibi occurrentes consalutabant; ut jugem sibi memoriam mortis imprimerent. Moriendum est; necimus quando. Id. hic. Scis, quorum te Mundus fecit hæredem? quæ tibi legavit: quas opes, quas dignitates? sanè hæc: mors morietur. Si cui maximum legatum relinquendum erat; id quidem meruit Dei Filius; qui anonomasticè filius hominis vocatus est; qui humanum genus ad demeritum fuit; ut illum Pilatus considerans æternis laudibus dignum judicaret. At cum illum Judæus incolumem reddere volebat; communis populi erat clamor: nos legem habemus; quæ jubet legem debere mori. Joan. 19. 7. Sic Mundus tibi dicit, cui tota vita tam impense servisti. Bæzal. 5. c. 8. con. 12.

Memor esto iudicii mei, sic enim erit & tuum mihi heri, & tibi hodie. Eccl. 38. 23. Mors vocatur iudicium. 1. quia conficta, & communis omnibus; iudicium enim Hebræis sæpe idem est, quod mos, & consuetudo. 2. quia, iusto iudicio Dei, Adæ, & posteros ejus, ob inobedientiam, & peccatum; a Deo est inflicta. Gen. 3. 19. 3. quia per mortem transfundit ad iudicium, & tribunal Christi. René dicit: tibi hodie; ut intelligat quilibet; quemlibet diem præsentem sibi posse esse ultimum; nec sibi promittat certum aliquod tempus vita in futurum. Alvarez de Paz tomo 2. lib. 4. de cognitione sui p. 2. cap. 7. explicans citata verba ait: mortalis es, sicut & ego; igitur morieris; luteum vas es; sicut & ego, homines reliqui; igitur & confringentis. Viatores, & ad finem tendis; ergo tandem umbra mor-

mortis occupaberis. Mors est magna domina, quæ cunctis mortalibus dominatur; & ideo expectari vult, & paratos mortales ad iter faciendum esse cupit: ipsa verò nullum expectat; sed, destinato tempore, sine ulla mora, ad egrediendum vocat. S. Ephrem ferm. de his, qui in Domino dormierunt: ne nos in hodiernum, vel crastinum, diem impura relaxet cogitatio: quoniam multi, dum multa secum statuerunt, ad crastinum non pervenerunt: at subito rapti sunt, sicut passeruli ab accipitris; & velut agni à lupis; & quasi captivi à latrone: nec loqui profus valentes, nec testamentum condere, neque vocem ullam edere. Cornelius hic.

Ex Novo, Patribus, & aliis.

Natus solliciti in crastinum esse. Matth. 6. 34. Multi, providentes sibi per hebdomadam in futurum diem crastinum non videntur; & per mentem, non impleverunt hebdomadam: & in annum, plurimi ante novilunium decesserunt. Quid enim est, quod in hoc Mundo proprium homines querunt? ubi solum mori, sive peccare, factum est proprium hominibus. Sim. Caff. l. 7. c. 7.

Hominis censuram divitis ubi non fuit, uter ager assulit. Luc. 12. 16. Non debet esse aliquid proprium, ubi mors invincibile tenet imperium. Proprium factum est homini mori; non in hoc sæculo aliquid vendicare privatum. Id. lib. 6. cap. 11.

In omnes homines, mors pervenit. Rom. 5. 12. Non dicit pertransibit; sed pervenit: quia licet ipso facto non dum occiderit; tamen adeo est certa; ut, si occidat, quasi jam occiderit. Mendoza in 1. Reg. 4. Annot. 14. Sect. 1.

Mucum debuit esse inter fe navitatum cum mortalitate. Terullianus de Carne Christi.

Cætera nostra, & bona, & mala, incerta sunt; sola mors certa est. Concepit esse puer, forte nascitur; forte abortum facit: forte crescit, forte non crescit; forte fenescit, forte non fenescit. Respice omnia; ubique est forte erit, forte non erit: nunquid potes dicere, forte morietur, forte non morietur? S. August. l. 21. de verb. Dom.

Postibilitatem mortis initium vitæ facit. In hac terra, & in genere humano, ille solus mori nondum potest, qui nondum coepit vivere. Incertus ergo dies, tanquam quotidianus, sperandus est. S. August. l. de 10. chord. c. 1.

In vespera vitæ meæ sum; si tamen, quod vivo, vita est: oppressus enim moribus, variisque incommoditatibus senectutis oblectus; præcipuum habeo in votis, sæculo vale dicere. Petrus Blef. ep. 151.

§. III.

Mortis in certum tempus, & causæ. Cui?

Ex Veteri, & Novo.

Memor esto iudicii mei in diebus juvenutis tue. Eccl. 12. 1. Cui solius meminit juvenutis? an memoria Creatoris seni deponenda? absit. In diebus juvenutis inquit: quia mors ita prævolat; ut alias ætates sæpe prævertat: in quas si memoria Creatoris differatur, profus auferretur; quod nec peccatores ignorant. Sap. 2. 6. Utamur creatura tanquam in juvenute, ceterosque q. d. utamur creatura; ne, si temporis delicias citò præcipiant, à morte præocæpentur. If. 22. 13. comedamus, & bibamus: cras enim morietur. Dicerent consultius: jejunemus, & ploremus: cras enim morietur. Mendoza in 1. Reg. 4. Annot. 14. Sect. 2.

Florus apparuerunt in terra nostra. Cant. 2. 12. Statim ingenuit: tempus putationis advenit. Vix nascimur, morimur; navitatis, & mors, uno tempore conveniunt. Sylveira c. 18. in Joan. q. 8.

Sic & rex hodie est, & cras morietur. Eccl. 10. 12. Casimirus II. Poloniae rex; instructo grandi convivio; Proceribus exhilaratis; regisque res gestas, & schicitatem celebrantibus; ipse nonnullus de immortalitate animæ, & cælestium beatitudine, prolocutus; hausto mediocri poculo subito incidit, & paucis horis animam exhalavit, teste Martino Cromero l. 6. histor. Ladislaus Hungaria, & Boemia, rex regæ pompæ nuptias cum Magdalena Caroli Gallie regis filia adornans; auratas quadrigas, ac dynastas, & nobiles septingentos purpura, auro, gemisque, ornatos; qui spontam adducerent, Parisios misit. Ecce autem eo die, quo Parisios legato illa ingressa est, antequam consideret, de repente Ladislaus Præge mortui interitui à tabellione admoheret; & nuptiæ in ænias vertit, uti narat Anton. Bonfin. l. 8. Hung. Decade 3. Joannes Arragon Rex, cum Antio D. 1479. febr. corruptus in deliquit incidisset; mox ad se reversus affantes intuens exclamavit: quid vanas hominum cogitationes! id miseros homines! qui ad principatum aspirant! qui divites, opes, & nimios honores affectant! quò felicem pauperum conditionem, & securam illorum vitam, æque beatam; qui panem comedunt cum sudore vultus sui, qui vivunt labore

manuum suarum. Nam mihi misero quid regnum? quid honores, quid obsequia plurimorum contulerunt? quid? labores scilicet magnos, & multa corporis, & animæ, pericula subivi; nec unquam ætate tam longa potui mihi dies aliquot videre bonos. O me miserum, & infelicem! qui tam serò fallacem Mundum cognosco! qui vitam certò vixisse multò meliorem; si non rex, sed agriculator, fuissem. Converteris autem ad imaginem Crucifixi, dehinc in cælum oculis: quòd piensime Redemptor, inquit; parce mihi indignissimo servo tuo! miserere mei clementissime Jesu! atque inter has voces animam Deo reddidit. Ità Lucius Marinus l. 8. rer. Hispaniarum.

Ascendit mors per fenestras. Jer. 9. 11. Cur non portas? ut opprimat magis incautos. Homines magis in januis, quam, fenestris custodiendis, occupantur. Mendoza in 1. Reg. 3. morte nil certius.

Occidit sol in meridie. Jer. 15. 9. Moraliter occidit sol in meridie juvenibus, qui præbant annos Nestoris, & in flore ætatis a morte abripuntur. Cornelius hic.

Ex Novo.

Vigilate. Matth. 25. 13. Opus est vigilare, sive vesperi, id est, in juvenute; sive media nocte, id est, in medio vitæ humanæ tenebrosæ; sive galli cantu, quando jam senior est; sive mane, quando jam senectute profecta est. Origenes tr. 39. in 24. Matth.

Vigilate ergo. Marc. 13. 35. Serò Dominus venit, cum aliquem in senectute de hac vita exire præcipit. Media nocte advenit; cum aliquem in juvenute inopinata morte vocaverit. Galli cantu adventat; cum aliquem in adulescentia obire imperat. Mane supervenit; cum quempiam in pueritia subtraxerit. S. Honorius l. de adv. Dom.

Nescitis, quando tehius sit. Marc. 13. 33. Utiliter abscondit Deus consummationem vitæ; sive omnium in communi; sive uniuscujusque in singulari: ut, dum incertus est finis, semper solliciti sumus, ac anxii expectantes illum, & timentes nè impræparati superveniat. Theophylactus hic.

Permitte mihi primum renovari hinc, quò demum sunt. Luc. 9. 59. Summa vitæ humanæ incertitudo nec minimam modulam admittit, quò tardes ad Deum venire. Quid agis homo? Deum sequi vis; & prius domum abis? unde scis, an revertendi tempus aderit? Vis domesticas res disponere: habene diem crastinum? Evectias II. 38. 1. jubetur domum disponere propter instantem mortem; ille autem domum oblitus hoc agit; ut Deum oret: v. 2. Bæza l. 2. l. 6. c. 4. §. 7.

Hæc velle animam tuam referunt. Luc. 12. 29. Rectè dicitur anima impii evulsa: quia in vitiorum suorum obscuritate est depræhensa; & lucem saluberrimæ considerationis abiicit; per quam mortis suæ horam præcogitare, parareque debuit. Dionys. Carth. hic.

Ex Patribus, & aliis.

Sancti viti, quia brevitate vitæ indefinenter aspiciunt, quotidie morientes vivunt; & tanto se mansuri solidius præparant; quanto & nulla esse transitoria semper ex sine pensant. S. Gregor. l. 7. mor. c. 14.

Quid mutabilitas, nisi mors quidam est? quæ dum rem quamlibet in aliud immutat, quasi occidit, quòd fuerat; ut incipiat esse, quod non erat. Id. l. 12. c. 17.

Adhoc Conditor noster latere nos voluit sinem nostrum; ut, dum incerti fumus, quando moriemur, semper ad mortem parati inveniamur. Id. l. 12. c. 20.

Si præcivisset homo diem obitus sui, totam vitam suam fine timore in peccatis peregrisset; & solum ante duos, vel quatuor tres dies; ante mortem suam dedisset ad penitentiam. S. Athanasius lib. Quasi. quæst. 36.

Quotidie diem exitus tui expecta, & ad ingrediendum illud iter te para: quia enim hora minime putas, quæsi aqua dilabimur. S. Vinc. Ferr. ferm. de quadruplici morte.

§. IV.

Mortem, nohnt remotam, sed proximam, & præsentem; cogitant.

Ex Veteri.

In quocumque die consideras, mors morietur. Gen. 3. 17. Non quòd mortuus sis illo die, ut dicit Augustinus super Genesid sententiam mortis incurris; & mori cæpit. Mors, est ire ad mortem. 2. Reg. 14. 14. omnes moriemur, & quasi aqua dilabimur. S. Vinc. Ferr. ferm. de quadruplici morte.

Apparuit ei Dominus sedens in ostio tabernaculi sui. Genes. 18. 1. Abraham in ostio tabernaculi sedebat; Elias in spelunca suæ ostio habitabat: uterque ad egressum paratus; uterque in Domini adventum semper suspensus. Richard. à S. Vict. de Beniam. c. 10.

Cumque concidisset ligna in holocaustum. Gen. 22. 3. Cur ligna fert in montem? an non ibi, vel in vicinia, reperitur? quia forte in loco immolationis ligna non reperiret. Salubre consilium est, ut quisque Christianus imitetur Abrahamum: suaque omnia componat, ligna jam conculsa deportans; & quæcumque supremum illud vitæ periculorum tempus requirere potest. Didacus Nyss. vit. Abrahæ c. 11.

Ne forte in itinere quidquam patiatur mali. Gen. 42. 4. Cajet. ex Hebr. ne forte occurrat ei mors. Juniori magis timet: quia juniores præsertim mors insequitur. Senes ad mortem currunt; mors currit ad pueros. Ad sepulchrum Joannes præcurrit Petro; quia erat junior. Alvarez Illustr. 287.

Vites semper erunt in circuitu; nec unquam exarabuntur ab eis. Ex. 25. 15. Petrus Dam. l. 14. ad hoc vites in circuitu semper esse jubentur; ut, cum portari arcam opportunitas exigit, de introumittendis vitiis nulla portendi tarditas generetur. Sic quisque Christianus debet facile confessionem, testamentum, & omnia, quæ ad bonam mortem pertinent, Didacus Nyss. vit. Abr. l. 11. c. 5.

Omnes moriuntur, & quasi aqua dilabuntur super terram. 2. Reg. 14. 14. Non ait moriuntur, sed moriuntur: sicut flumen jugi fluxu currit, & nunquam aquæ jam elapsæ retro redeunt; ita dies nostri incessanter ad mortem flunt; nec lapsæ ætatis flumen ad nos redit. Stella in Luc. 16. 3.

Gladium suum vibrabit, arcum suum extendit. Pl. 7. 13. Mors gladio suo ferit; & quasi sagittis juvenes, accipit; quia qui occiditur gladio, de propinquo occiditur; sagittis vero diffus. Broymard. Mors.

Tempus nascendi, & tempus moriendi. Eccl. 3. 2. Sapienter Ecclesiastes à nativitate coepit, & morte; temporarie hujus vite nos adomans. Propterea & Moyles primum suum volumen Genesim inscripsit; Exodum vero secundum nominavit: ut in historia figurate nobis hanc vitam temporariam describeret. Olympiodorus in Eccl. 3. hic.

Et nos nati continentis deservimus esse. Sap. 5. 13. Quomodo ille tam longam vitam sui pollicebatur, hi vero tam breuem agnoscunt; Dives erat in vivis, & in tenebrosa nocte peccati. At hi in Inferno positi; & in æternitate aperti oculi eorum; ut inter vitam, & mortem, vix spatium ullum putarint intercessisse, Sylveira in Apoc. 1.

De Novo.

Cum natus esset ecce magi. Matth. 2. 1. Ut cognoverunt hominem, ut viderunt natum; mox obtulerunt myrrham (qua olim mortui ungebantur) ut indicarent, tantumdem esse nati, ac mori. Didacus Nyss. p. 2. l. 2. c. 6.

Sine timore presentis. Luc. 12. 35. Monet, semper debere esse paratos, etiam servos Dominum expectantes; non quasi de sermone, sed de proximo jam jam adveniente. Servi, qui noctu lucernas accensas habent, & eas in manibus tenent, jam dominum suum præsentem, ac pulsantem, considerant; ut ipso veniente nil restet faciendum, nisi ipsum dominum excipere. Sylveira hic.

Aufer à me vilationem. Luc. 16. 3. Non dixit, auferet, de futuro; sed auferet, de presenti: quia mortem, tempus reddendæ rationis, non ut futurum, sed ut præsens, debemus considerare. Sylveira hic.

Mitte saltem tuam, & me. Apoc. 14. 15. Falx coservatum herbam, & ipicas metit, floresque novos, & veteres. Olival. 10. Strom. S. Domine, filia mea &c.

De Patribus, & Aliis.

Longa nostra desideria increpat vita brevis: in cassum multa portantur, cum juxta est, quod pergitur. S. Gregor. hom. 32. in Evang.

Sentire, obsecro, quando infans, quando puer, quando juvenis, quando robustus ætatis, quando senex factus sis? Quotidie morimur, quotidie commutamur; & tamen æternos nos esse credimus. Hoc ipsum quod dicto, quod scribitur, quod relejo, quod emendo; de vita mea tollitur: quot puncta Notarii, tot precorum damna sunt temporum. S. Hieronym. ep. 3. ad Heliodorum.

Vite hujus principium mortis exordium est; nec prius incipit augeri ætas nostra, quam minui. S. Prosper l. 2. de vocat. Gent. c. 21.

Quotidie dies ultimos appropinquat, quotidie ad finem tendimus, ad mortem quotidie properamus. S. Ildorus l. 1. folio.

Quid agimus, ex quo primum incipimus vivere, nisi morti appropinquare, & incipere mori? S. Bernardus in Pl. qui habitat l. 17.

Vale; mortemque non pluribus studiis ab aula, quam à tugurio distare memineris, Hildebertus ep. 3. amico.

Festina mors velo, & remigio, accelerat, quantum potest. S. Thom. Vill. conc. de S. Dorothæa.

Sicut qui se credere ducitur ad patibulum; est longioribus

ducatur via, non tamen ideo patibulum metuit minus, quia eò perventurus est tardius. Et licet sit firmis pedibus, vegetis oculis, valido pectore; cibus, potusque bene sapiat: hoc tamen illum extremè angit, jam in via esse. Et nos omnes ducimur ad mortem; in via jam sumus, exiguis intervallis disjungimur. Ad dicas, famisimus sum; sed in via es. At, annum trigesimalium nondum excessi: in via jam eras anno vigesimo; imò & primo anno, primaque hora. Thomas-Morus dicebat, Joannes Nider. l. 2. form. c. 3.

S. V.

Mortis obliivio &c.

Reges Pharaó, & Nabuchodonosor, ambo somniarunt; Pharaó somni probe recordatus. Gen. 41. 17. &c. At de Nabuchodonosor Dan. 2. 1. somnium ejus fugit ab eo. Hinc minus laboravit Joseph in aperiendo, quam Daniel, Daniel enim somnium, & solutionem divinare debuit. Differentiam dat Lyranus: quia visio Nabuchodonosor erat respectu futurorum de longe, quæ impleta sunt post ejus mortem; visio autem Pharaonis de futuris in proximo, quorum impletio statim debebat incipere. Didacus Nyss. D. 4. Quadr. S. 1.

Esseta triginta millia virorum sortium misse nolle, præteritque eis dicens: ponite insidias post civitatem. Jol. 8. 3. 4. Copiosius adeo exercitus, licet lente incederet, iter sine ingenti strepitu pergere nequiebat. Verum Haiensis feci immersi jacebant tomgo, sic excolati dormiebant; ut nec strepitum audierint, nec mortem sibi imminetent conspexerint. Naxera hic. Ante oculos etiam mortem obversantem non videntis.

Verbum iniquum constituerunt adversum me: nunquid qui dormit non adicitur ut resurgat? Pl. 40. 9. Hugo Card. legit: verbum diaboli constituerunt adversum me. Cur id vocatur verbum diaboli? Hugo: verbum diaboli vult, nequamquam morimur. Et modo per adulatores, qui sunt organa ejus, dicit, nequamquam adhuc morimur: bene potestis modo libere, & comedere; vos estis adhuc juvenes: quando senieritis, tunc facietis penitentiam. Dominus vero inelamat Pl. 94. hodie si vocem ejus audieritis &c. Did. Nyss. Pol. cœl. p. 2. l. 3. c. 5.

Non videtis interitum, cum viderit sapientes morientes. Pl. 48. 11. Hec est coecitas humana, ut, cum quotidie videamus morientes homines, nobis etiam meliores, & juniores; tamen vix adduci possumus, ut serio cogitamus, nos morituros esse. Bellarminus hic.

Abcessus est lapis de monte sine manibus. Dan. 2. 34. Corruptio est spiritus ejus. v. 1. Somnium ejus fugit ab eo. v. 1. excidium intravit illius oblitus est. Casus illius invasit horrores; & horrorem commata est horrores obliivio. Cyrillus Jerol. Catech. 16. Daniel illi indicavit visionem imaginis, ipse viderat eam, & nesciebat. Die, inquit mihi visionem, quam ego vidi; & quæ sit, nescio. Simulacrum in favillam levi lapidis istu conversum, regnum eorum finem, gloriæ, pompæque, excelsionem fore portendebat excidium; aut ea Nabuchodonosor est coecitas, ut mortem intueatur, & nesciat. Naxera in Jol. 8. S. 10.

Si novissimam unam horam fecerunt, & parati illos nobis fecisti. Matth. 20. 12. Querit S. Chrysol. cur tantum mercedis dederit postremis, quantum primis? Si dicas, quod postremilabore parvi temporis æquarunt primos; tantumque una hora præstiterunt, quantum illi tota die; quæro, qui id factum? Respondet S. Chrysol. primos operarios fuisse ex primorum seculorum justis; quorum erat vita diuturnior: postremis autem designatos sanctos, & servos legis gratiæ, quorum vita brevior. Primos operarios, ait Chrysol. quodammodo negligentes faciebat circa justitiam; & retrifecere faciebat animas eorum, expectatio seculi longioris; & illis infigidatio erat, cognoscere, Mundi spatia esse longinqua. Hæc ille in imper. Postremi seipos incitantur vite brevitate. Vide, quam tepidat corda fragilitatis propriæ neglecta memoria; quam vero fervorem accendat vite brevitas recordatio. Did. Nyss. f. 5. D. 4. Quadr. S. 3.

Anima mea habet mulem bonam postea in annis plurimos. Luc. 12. 19. Remotiora visui apparent minor, quam in se sint; sicut apparet in sole, luna & stellis. Sic etiam mortis pericula parva nobis videntur: quia ea consideramus velut nimis remota. Diez l. 6. D. 4. Quod. Immortalem animam, non eaducum corpus, alloquitur; quasi sit immortalis, morti non obnoxius. Verum quid inter promissa longissimæ vite audivit spatia? Nescit? hæc nolle. Naxera in Jol. 8. S. 10.

Ea quidem, quorum nulla opinio, ut eveniant; nulla spes, ut contingant; singulis horis, quasi per somnum, conjicimus; & speramus: quod vero omnino, proflusaque futurum est, ac sepe jam imminet (de morte loquitur) nec cogitare in animum inducimus. Sed mortalem, corpore & coque fragili, cum sumus; tanquam immortales cogitationibus

nibus ludimur; ac animæ quidem, quæ sit immortalis, nulla cura tangimur. S. Ildorus Pelus. l. 5. ep. 329.

Quid illud, quæso, quid illud est? nihil ita quotidie homines ut mortem vident; nihil ita, ut mortem obliviscuntur. S. Eucherius ep. parænet. ad Valerianum cognatum suum.

Quasi non moriturus, quasi evasurus mortem; sic de vita disponis. S. Chrysol. l. 218.

S. III.

Motiva præparationis pro bona morte.

Num. I.

Christi D. Exemplum.

Scitis, quia post biduum Pascha fiet. Matth. 26. 2. Quid Christus egit illo biduo antecelsum agni Paschalis? Quod illo biduo non docuerit in templo, aliquis est conjectura: quia quæ docuit tam ipsa die Palmaram, quam feria secunda, & tertia, scribunt S. Matth. 21. usque ad c. 25. & Marc. c. 11. 12. & 13. S. Lucas c. 29. 20. 21. Quid autem docuerit hæc biduo, tacent. Conjectura ergo est, quod tunc non docuerit; sed, pro more suo, in monte Olivæ oraverit, & meditatus: docens nos, sibi soli vacare ante mortem; ille innocens, nos nocentes; illi sciens horam mortis, nos ignari. Sylveira hic q. 2.

Iste ostendit vobis simulacrum magnum fratrum, & ibi parate. Luc. 22. 12. Et parate vestra. Matth. 26. 19. Tollite lapides. Joan. 11. 39. Quod magis morti appropinquabat Dominus, eo majora edebat signa; ne aliquis ejus mortem humanæ infirmitati tribueret. S. August. tr. 49. in Joan. Ut etiam exemplo omnes doceret; quod vicinioris sunt morti, eò excellentiora virtutum opera ederet. Sylveira hic q. 23.

Ut transierit ex hoc Mundo ad Patrem. Joan. 13. 1. Ad Patrem iturus omnia prius in tempore præparat. Disce te præparare pro transitu ad Judicem, cujus præcepta violasti. Sylveira hic.

Scitis, quia venit hora ejus. Ib. Christianum non agit, qui mortis venientis conspectu ad ferventiora opera se non erigit. Ecce ipse Filius jam medicatus mortem, amoris erga suos opera excitavit, & auxit. Bæza l. 3. c. 7. S. 4.

Inclinatæ capite. Joan. 19. 30. mortem vocavit, ut tradunt Patres. Recens natu Dominus, quæ illi à Patre injuncta, non aboluerat negotia: in cruce jam omnia ritè peregerat; unum tantum est. Docet: rebus omnibus expeditum mortem non timere; sed audenter invitare. Naxera in Jol. 24. S. 41.

Unus militum lancea laesus est aperuit. Joan. 19. 34. S. Bernardus l. 5. in vigilia Nat. in parabæ patius est, idest, in die præparationis. Merito omnibus dicitur. Sanctificatus illos hodie. & sint parati. Ex. 19. 10. 11. jillem siquidem maxime prodest Christi passio & mors, qui mortem propriam prævenientes, & prævidentes, ad illam præparantur; ne imparatos intericiat mortis. Sylveira hic c. 10.

Num. II.

Quam male imparato.

Factum est autem in noctis medio percussit Dominus omnes primogenitum in terra Egypti. Ex. 12. 29. Sequitur paulo post v. 30. Suereticque Pharaó nullo, & omnes servitius, eunisque Egypti; & omnes est. Hæc magis. Mors per cutores adeo obsecutus tenebris inventis; ut, quid remediis capiant in illo articulo, penitus ignorent. Egyptios ait facer textus, proclamasse quidem; sed non obsecrassè Dominum. Ità peccatores &c. Diez conc. 2. D. 4. Paschæ.

Cumque venisset dies prelii, non est inventus casus. Oc. 1. Reg. 23. 22. Jam ante diem prelii armis carebant; sed ipsum defectum in ipso die prelii observabant. Unde videtur hic non solum ostendi armorum penuria; sed etiam reprehendi Hebræorum incuria: qui prælium instare sentientes, suorum defectum armorum, aut non videbant, aut non curabant. Quos si imitantur, qui diem mortis, diem prelii periculosissimi certissimi sibi affuturum scientes, nulla sibi comparant arma spiritualia; quæ serò querentur sibi deesse. Sic olim, cum Judam Machabæorum Gorgias bello invaderet; 1. Mach. 4. 6. Apparuit Judas in campo cum eribus millibus virorum tantum, qui regumenta, & gladios non habebant. Mendoza hic.

Illo (Abelone) in pensio inter caelum, & terram, milui, cui insidiat, pertransivit. 2. Reg. 18. 9. Abulens. hic. q. 12. notat: multa occiderunt Aboloni hic, à quibus posse liberari videbatur. Nam postulat tenere equum, ne introfisset subter quem ramofam; & etiam postquam introivit, & alligati sunt capilli ejus, poterat ipse tenens mulum, solvere illos, & fugere: poterat, abscedente nullo, à capillis amputare: vel si non haberat gladium, poterat, manibus tenens arborem, illos solvere, vel rumpere. Sed nihil horum fecit. Cur non

fecit? quia inopinatè in vite periculum deductus est; & trepidans non potuit in illa improvvisa perturbatione de liberare de remedio. Nunc si Aboloni tam præsens, ut facile poterat, non occurreret remedium: quomodo, tu, o cæce, miser peccator! vitam, & conscientiam tuam, tam longis annis, ac multis modis, intricatam, implicatamque evolves? cum te in illa hora suprematam jultis timoribus undique videbis impugnari? Didacus Nyss. f. 7. D. 5. Quadr. S. 2.

Nihil æquè terret, quam inopia moriendi necessitas. Aspice, quomodo, qui alieno imperio parent; subito julli longum iter agere, solliciti, ac tristes, compendians raptim farcinulis inhiant. Vide, quam queruli, & indignantes, abeant; quòd non maturius moniti: dum discedunt, nunc hoc, nunc illud, oblii murrunt. Nulla via est longior, quam mortis: nulla obscurior, incertior, ceterè irremediabilis. Tanto igitur attentius providendum, nè quid obliviscamur; quia reverti non licet. Drexelius in Prodrogno æternit. c. 2. S. 8.

Num. III.

Bene preparato.

In nidulo meo moriar. Job 29. 18. S. Hieron. hic: cum Job etiamnum felicissimus ageret, mortis tamen nunquam oblitus, nidulum sibi struxerat quotidianam meditatione. Nam sicut aves nidulos sibi ædificant frequenter ramulorum, aut glebularum, congestu; ita Job quotidie prævidit mortem; & sic, velut fedula hitundo, glebas comportavit ad fruentium nidulum, in quo defingeretur. Drexelius Tribunal Chr. l. 2. c. 6.

Mortuus est (Job) senex, & plenus dierum. Job 42. 16. In eo, quòd senex; & plenus dierum. Job mortuus est, notandum; quòd quidam moriantur dierum vacui, quidam pleni. Vacuus dierum moritur; qui in vita sua vanitatis hujus Mundi inferviens, vite æternæ merita moriendo secum non derulit. Plenus vero dierum migravit à Saeculo; qui operam virtutibus dedit. Bonum siquidem est, bene vivere; sed longe melius, bene mori. Petrus Blef. tr. seu compendio in Job.

Non visurum se mortem. Luc. 2. 26. Mors ab illi videtur, à quibus prævidetur: reliquos enim imparatos opprimet. Porò mors potius videri dicitur hic, quam gustari; quòd morientibus lucem quandam invehit; qua & ipsa videtur, & reliqua ab oculis evanescent. Si enim mortem nobis proponamus ob oculos, mox coronæ, infusæ, opes, dignitates, nobilitas, & imperia, velut flamma fulgore solis, hebetantur, & nulfquam lucent. Oliva lib. 13. Strom. hic. Non dixit illum non esse moriturum, nisi videret Christum Dominum; sed quòd non esset visurus mortem. Aliud enim est videre mortem, aliud à morte videri. Ille mortem videt, qui illum in vita considerat; ille videtur à morte, qui sine ejus consideratione ab ea invaditur. Stella hic.

Si sciret paterfamilias, qua hora sint. Luc. 12. 39. Mors latroni comparatur; qui domum spoliaturus, si dominum invenit vigilantem, eum salutat, & humaniter alloquitur; dormienti vero fauces compingit, & ædem spoliat. Sic &c. Stella de cont. van. p. 2. c. 81.

Et nunc alligatus ego spiritu. Act. 20. 22. Prævidebat, quòd in Jerusalem, ad quam ibat, sibi immineret vincula. Et qualiter ibat? alligatus spiritu. In quo ipse se prius ligaverat; sibi certas, & mortem insecerat, & idem omnia sperabat: qui enim spiritu, & imaginatione, ad mortem separatur, venientem lætus excipit. Sylv. hic.

Si banlicus videt te, antequam tu illum videas, occidet te visu; si autem tu prius videris illum, occides Sic, si tu mortem videris in hac vita, illum prævidendo; feres de ea victoriam: si illa te viderit prius; antequam illum consideres, dominabitur tui. Stella in Luc. 12. v. 39.

S. VII.

Alia motiva præparationis ad mortem.

Ex Veteri.

Stete parati in diem tertium. Jamque advennerit tertius dies. Ex. 19. 15. 16. Tres illi dies vite nostræ sunt, principium, medium, & finis. Die ultimo audiuntur tonitrua; conscientia, & demonum accusationes: peccata præterita velut fulmina terrebunt; nubes, & caligo, totum montem, hominem totum involvent: oculi, intellectus, ratio, obrebrabuntur; aurium, cæterorumque sensuum usus denietur &c. Drexelius Tribun. Chr. l. 1. c. 4. S. 5.

Tolle Aaron, & filium ejus cum eo: cumque susceperis patrem vestre sue Aaron collegator, & mortetur ibi. Num. 20. 25. 26. ut mortem exarret, Aaron nudari jubet: omnibus cum vult ante mortem expectari, ut mortem imperturbatis oculis spectet. Naxera in Jol. 24. S. 41.

Sanctificamini. Jol. 3. 5. Hebræi legunt: estote parati. Et cum nesciamus, quando futura sit hora nostra; semper sanctissimus; nè forte simus ex illis de quibus S. Apost. Judas v. 12. quòd sint quasi arbores autumnales & infructuose, bis mortui. Sic vocat peccatores pigros, & lentos; qui de salute sua

suam nullam curam habent. Sicut enim arbores, quæ in autumnum florere incipiunt, cum ceteræ jam maturos fructus ferant, sero veniunt, & rarissime maturescunt, propter frigus supercrescens; sic fœra penitentia, raro vera. Diez f. 5. in Coena Dom.

**Prepara seroi opusculum.** Prov. 24. 27. Author Catenz Græca sic ex Sept. vertit, & explicat: para ad exitum operatum, & exole agrum, & sequere me. Id est, operare omnia tanquam moriturus. Sive ergo agrum coleris; tanquam mortalis cole illum: sive lætus fueris; tanquam mortalis incedas esto. Cornelius hic.

**Dispone domui tuæ.** Eccl. 11. 38. Familiaris fuit hæc admonitio, & semel facta per Spiritum Sanctum ad Ezechiam. Generalis est, & quotidiana, ad quamlibet fidelem animam, Petrus Blef. f. 16. in hebdom. pænola.

Ex Novo.

**Vigilate, quia nescitis die.** Matth. 24. 42. S. August. ep. 80. in quo quemque statum suum invenit novissimus, dies in hoc eum comprehendit Mundi novissimus dies: quoniam qualis in die isto quisque moritur, talis in die illo iudicabitur. Ac per hoc vigilare debet omnis Christianus, ne imparatum cum inveniat adventus Domini. Imparatum autem inveniet ille dies, quem imparatum invenierit: viz huius ultimus dies.

**Ad sepeliendum me fecit.** Matt. 26. 12. hoc est, nunc fecit, quod faceret mihi in sepulchro: si posset. Marci 14. 8. prævenit ungere corpus meum in sepulchrum. Dionys. Carth. hic.

**Sine lacrimis vestri precinidi.** Luc. 12. 35. hoc est; omnibus modis parati estote ad opera Domini vestri. Theophylactus hic.

**Beati servii illi, quos invenerunt vigilantes.** Luc. 12. 37. Bene vivere in Scriptura dicitur vigilare; peccare, dormire. 1. Cor. 15. 34. **Vigilate iusti, & nolite peccare.** Qui vigiliam protendunt in mortis horam, similes longius navigaturis; qui nihil secum sumunt; sed à porta discedentes recordantur necessariarum rerum, cum jam non liceat redire. Cum ergo incertus sis, quia hora navis tua à litore debeat discedere; para in tempore necessaria. Stella hic.

Ex Patribus, & aliis.

Non subitanea morte moriuntur, qui sese semper cogitant. Modus, S. Anselm. in Elucidario. Ars bellandi, si non præcluditur; cum necessaria fuerit, non habetur. Dicitur ergo miles in otio, quod proficere possit in bello. Cassiodorus l. 1. ep. 40.

Hæc est maxima sapientia, & maximum donum; scilicet sapientia moriendi; quæ non datur non bene viventibus. Hugo Card. ib. Pf. 71.

S. VIII.

Præces bonæ dispositionis remotæ.

**Prepara domui tuæ: morieris enim tu, & non vives.** 4. Reg. 20. 1. Si Sancti cor principis, denuntiatione solum mortis, colliquescit in lacrymas; qui manabat è fonte fletus, cui mors non nuptias parat, sed securum. Vide autem, quomodo à nobis dissentiat Ezechias: nam ille factus de morte certior, surge domui consuleret iustus; neglecta domo, nec curato ulcere; non tabelliones accessit, & scribas; non acciti medicos imperat; sed expiando animo totus incumbit, eras, & lacrymatur. Nos vero iusti, abducta tantisper à domo corporeque mente, curare pestes animi, coelique rationes subducere; condimus testamenta, signamus codicillos; antidota ligurimus, salutationibus vitæ supremum halitum impendimus: Idco quæ rex revelavit; nos verò tabescimus, & perimus. Oliva f. 6. D. 4. Quad.

**Succenti, ut avertiam. Dilato me: manus meæ stillaverunt myrrham.** Cant. 5. 7. Surgit ipsa, ut aperiat, quando Dominus in obitu infantia adventit; ad illum obitum præparat; dum manus operum myrrina mortis iungit. S. Gregor. Nyss. hom. 11. myrrham mortis esse solum, nemo est, qui ambigat. Pulchre ergo ait ipsa, quia manus ipsius myrrham, id est, mortem stillant, cum aperit ostium Deo. Escobar. t. 3. Coll. Ch. l. 3. f. 1. Obf. 1.

**Volvulus meus pendebat ad reditum meum.** Ol. 11. 7. Pendebat tanquam inter cælum, & terram, id est, veluti mortuum expectabat sponsionem, quando revertatur à nuptiis. Id. ib.

Bona mors, si peccato moriaris, & iustitiæ vivas. Hæc mors, necesse est, ut præcurat; ut sequatur illa secunda. In hac vita, quamdiu durat; compara tibi illam, quæ semper durat. S. Bernardus ep. 105.

S. IX.

Mortem facilem faciunt ærumnæ.

**Peritvia anima sua, ne moreretur.** 3. Reg. 19. 4. Unde etiam optabilis, & facilis mors; ex fuga Sancti. Chrylogus f. 147. Elias ille, ubi sensit totum se timore aspersi, repetebat, quam fugerat, mortem. Bæza t. 3. lib. 4. cap. 15. §. 3.

**Cum autem persequeretur vos fugite.** Matth. 10. 23. Metus, & fuga mortis, mortem ipsam reddit amabilem. Sapienter Christus, quos pro se mortem subire volebat, prius in fugam movet: noluit enim, ut prima statim persecutione mortem oppetant; sed, ut fugiant, suadet: ne post fugam jam haberent in morte, quod timeant; sed quod ament. Qui enim in fuga vivit; tot mortis timoribus agitatur; ut inde nequeat jam mortem non amare. Idem. Ibidem.

**Alligatus ego spiritu vado in Ierusalem.** Act. 20. 22. Vincula imminetia sibi Ierusalem prævidebat: & ad illa ibat. Sed qualis? **Alligatus spiritu.** Nimirum, quæ vera ventura erant, vincula ipse in spiritu iam antea iniecerat; jam velut vincitæ catenis agebat: ut vincula sperneret; & ipsam mortem. Bæza t. 2. l. 8. c. 3. §. 42.

**Per fenestram in porta dimissus sum per murum, & sic fugi manus ejus.** 2. Cor. 11. 33. Non præ timore operam fugæ præbuit; absit: quin potius fugam habuit pro palestra, & meditatione, adversus mortem. Sanctus Athanasius in Apolog.

S. X.

Qualis vita, mors est ita.

Ex Veteri.

**Abraham mortuus est in senectute bona.** Gen. 25. 8. Mortuus est in senectute bona, eo quod in bonitate propositi sic permansit. Mors igitur vitæ est testimonium. Sanctus Ambros. lib. de bono mortis cap. 8. Quem conscientia non pungit; mors non terret: quia mortem cupere, vel horrore; non tam hominis est, quam conscientia; asserente Paulo Philipp. 1. 23. **cordior; desiderium habens dissolvi, & esse cum Christo:** & timeat; Caino Gen. 4. 14. **omnis, qui invenierit me, occidet me.** Mortem utrique natura: sed de morte diversa opinio; quia & actus diversi. Sanctus Ambros. cit. non mors ipsa terribilis est; sed opinio de morte, quam unusquisque pro suo interpretatur affectu; aut pro sua conscientia perhorrescit. Sicut igitur unusquisque conscientia volutus accuset, non mortis acerbitatem. Denique iustus mors quietis est portus, nocentibus naufragium putatur. Naxera in Joh. 1. 24.

**Viri pastores sumus servii tui ad infantiam nostram usque in presentia hæc autem dicitis; ut habitare possitis in terra Gessen.** Gen. 46. 34. Abulens. hoc dicebat Joseph, ne Rex eos faceret belatores, & dispungeret; sciendo tota vita hoc officium gessisse: quia illos iudicare inhâbiles ad aliquid aliud. Nemo senex facile discit artem, cui non studuit puer. Nimirum præmittit, qui inter brachia Domini tanquam alter quidam Moses, cupit luaviter obdormire cum per omnem vitam suam Dominum enormibus sceleribus oppugnarit. Didacus Nyss. p. 2. l. 4. cap. 8.

**Moriatur anima mea: morte iustorum.** Num. 23. 10. Prudentius dixisset Balaam: vivat anima mea vita iustorum; etiam moriatur morte iustorum, Cœr. hic.

**Moses servus meus mortuus est.** Jos. 1. 2. Mors vitæ fuit index: sicut fuit servus Dei vivens, ita & moriens. Cajetanus hic: mortuus est in statu servitutis meæ. Mortuus est sic: quia, quidquid operabatur, meum erat. Naxera hic §. 24.

**Eccæ curru igneo.** Eccl. 4. Reg. 2. 11. Cur Elias curru igneo, & igneis equis vehitur? Eccl. 48. 1. **superavit Elias quasi ignis; & verbum ipsius quasi facula ardens.** Raptus Elizæ quædam illius politica mors fuit. Et hæc distimilis ante actæ vitæ effect; qui ut ignis vivit, è vita in igne aveli debuit. Did. Nyss. D. Septuag.

**Iustum deduxit per vias rectas.** Sap. 10. 10. Via recta est, cuius media conformia sunt principio & fini. Vita nostra iter. Principium à fletu. Sap. 7. 3. **primam vocem omnium similem emisit plorans de utero matris egressus. Unus introitus est omnibus ad vitam, & similis exitus.** V. 6. **Nudus egressus sum.** Eccl. Job 1. 21. Natus est plorans, & morieris plorans. Si vis vivere ridens, non incedis via iustorum. Ne adifices superba palatia; cum in natiuitate ingressus parva incunabula, & post mortem habebis strictum loculum. Stella de cont. &c. p. 1. c. 56.

Ex No.

Ex Novo.

**Dico autem vobis, quod multi ab oriente, & occidentem, venient.** Matth. 8. 11. Cur meridionales, & septentrionales, ab ea excludere videtur facilitate? S. Paschasius l. 5. in Matth. prima, & ultima, idque ponuntur: nam & illi soli in regno recumbent; quos nimirum idoneos dicitæ fidei, & consummatio boni operis, probaverit innotesc. Bedæ. Nyss. Pol. cœl. p. 2. l. 4. c. 8.

**Domine, si tu es, iube me ad te venire super aquas.** Matth. 14. 28. Ire cepit, sed mergi quoque. Noli prodigiis iniri: si lapis vixeris, lapis morieris. Oliva l. 5. Strom. §. Si Filius Dei es.

**Alii curantes signum de celo querebant ab eo.** Luc. 11. 16. Inter Fideles multi petunt signa. Sunt in peccatis jacentes tota vitæ; & hi à Deo misericordia, affectores in morte sperant. Hi petunt signum à Deo in fine vitæ. Communis est lex ut, qui malè vivit; malè præerat. Nonne est hoc tentare Deum. Stella hic. Sicut monstrum efficit, quod lupus habeat caudam ovium; sic monstrum est, quod vitæ rapacis usurarii habeat bonum finem. Stella in Luc. 23.

**Mortuus est autem & dicit.** Luc. 16. 22. Aqua sporem contrahit terræ, qua transit: nam si venam fallis, aut sulphuris, offendet; falsa, sulphurea que sunt: si terram bonam; dulcis manat. **Omnes morimur, & quasi aqua dilabimur.** 2. Reg. 14. 14. Mors sporem vitæ contrahit: si vitæ bona, mors luavis. Stella hic.

**Ut iungant extremum digiti sui in aquam.** Luc. 16. 24. Gloffa ordinaria: ab extremo digiti si tangi desiderat, qui optat iustorum ultima participare. Manus, & digiti, iustorum significant opera poenalia, & laboriosa; quibus, dum hic vivunt, infundunt; ut æternam quietem, qua sunt digitorum extremitas, assequantur. Vellet quisque à deliciis transire ad voluptates: ab honore ad gloriam; à divitiis ad regnum, de quiete ad quietem, sine labore. Operat iustorum ultima participare; sed labores pro Deo ærumnas pro virtute, opera poenalia pro commissis peccatis, non vult habere communia. Didacus Nyss. f. 2. D. 5. Quad. 1.

**Beati mortis, qui in Domino moriuntur.** Apoc. 14. 13. Nihil in homine moritur, quod in eo ante non vivit. Unde manus mea, pes meus, & alia membra, quæ in me non vivunt, in morte in me mori non possunt. Sic in Domino moritur, qui- cumque est membrum Domini per fidem, & amorem; & nullus in eo non moritur, qui in eo vivit. S. Bonav. l. 2. D. 15. Penn.

Ex Patribus, & aliis.

Vivete bene, ne moriamini malè. Sanctus August. f. 24. de verb. Dom. Mori malè times; & vivere malè non times? Corrige malè vivere, time malè mori. Sed noli timere: non potest malè mori, qui bene vixerit. Idem lib. 1. de discip. Christi cap. 12.

Malæ moræ putanda non est, quam bona vitæ præcesserit: neque enim faciat malam mortem, nisi quod sequitur mortem. Non itaque multam curandum est his, qui necessarè moriturus sunt quid accidat; ut moriantur; sed moriendo quod ire cogantur. Cum igitur Christiani noverint, longè melioribus fuisse religiosi pauperis mortem, inter lingentium canem linguas; quam impii divitis in purpura, & bysso; horrenda illa mortium genera quid mortuus obstruerunt; qui bene vixerunt? Id. de Civ. l. 1. c. 11. Utinam omnes tam affectuam gestum primordia, quam optant extrema. Richardus de iustorum Paschate.

S. XI.

Dispositio proxima pro morte in morbo gravi.

Num. I.

In morte major servos tibi soli vaca.

**Vocavit Jacob filios suos, & ait eis.** Gen. 49. 1. &c. Licet Jacob semper piè vixerit; sub finem tamen vitæ magna vaticinatus filiis, & nepotibus. Cur? quia se tunc maxime Deo univit, ferventiorum amorem elicit; hinc magis metuere illustrat. Sylv. in Apoc. 3.

**Astitit regina in vestitu deaurato in fimbriis aureis.** Psalm. 44. 10. 14. Regina vestitus dicitur deauratus, fimbriæ autem auree. Sanctus Paschasius hic: per fimbriam vita hominum significatur extrema; quam non deauratam, ut vestis fuisse monstratur; sed auream esse totam debere, dicitur: quia in fine vitæ tota perfectio amoris quaeritur. Sylv. in Apoc. 3. Fimbriæ sunt finitima vestium, per quas hominum vita significatur extrema. Hæc non deaurata, ut supra, sed nunc illi esse aurea proficitur: quin in fine tota perfectio est; ubi charitas, non tanquam deaurata conspicitur; sed jam plenissima, tanquam aurea, reperitur. Cassiod. hic.

**Sciens, quia venit hora ejus.** Joan. 13. 1. Horam suam mortem R. P. Spanner Poly. Tom. 11.

dicit: hora mortis verè hominis est: tempus enim vitæ nostræ multis aliis impendimus, amicis, corpori, negotiis, deliciis; ut ferè nobis nihil remaneat. Hora mortis nostræ; quia in ea, reliquorum omnium oblitus nos, nostraque curamus. Olorius in Coena Dom.

**Cum serò esset die illo, una Sabbatorum venit Jesus.** Joan. 20. 19. Cur serò, non Sabbati manè? quia cum mors, & vesper, ætatis, inflat; salutis negotia gravius aguntur. Gilbertus f. 44. istud ostium maxime aperitur Jesu quod aliis negotiis omnibus clauditur. Escobar tract. 3. Coll. Chr. lib. 6. obf. 2.

Num. II.

In morte mitte curas terrenorum.

**Levavit pallium Elia.** 4. Reg. 2. 13. Currum conscendens, Propheta pallium à se abiecit: indicans terrena hæc ad vitæ discessum impedimento esse; ac proinde ex animo ea projici oportere. Inc. Auth.

**Populus meus pendebat ad reditum meum.** Ol. 11. 7. Pendere, est à terra elevari: monet Dominus, à terrenis curis expeditos esse debere ad preparationem mortis. Inc. Auth.

**Dum viret, venis sponsum.** Matth. 25. 10. de merito fatua virgo! quæ, inclinata jam vitæ die, inflante Domini adventu, pergit ad vendentes; adhuc apud Sæculum negotiatur. Vidi plurimos, & plangit, quos animam agentes urgent negotia secularia. Tunc maxime illis res est cum vendentibus, cum mercatoribus; tunc pecuniarum rationes, tunc alieni commpositio, totam hominis cogitationem pervadunt. Bæza l. 5. c. 3. §. 12.

In fœlli corpore aliquatenus imbecillitas sustineri, & fœliri potest; cum tamen in puri adificio omnis iunctura dilabitur, & dum alia excipitur, alia discinditur; circumspiciendum est, quomodo exeat. Sanctus Fulgentius ep. 30. ad Gallam filiam Symmachi Consulis, q. d. dum verusta domus dissolvitur; & modò in uno, modò in altero, laterè rimas agit; ut perito architecto faciente unam novæ aperiantur, & à fundamentis ruinam minentur. Quis tunc pictores convocat, sculptores, inaurant peritos, ad ornandas concamerationes? Nemo non perterritus ruina imminente, perstronata à parietibus detrahit; è concavibus suppellectilem desert; contentens egr. di. è domo ruinosâ minimo rerum suarum, & vitæ, quantum fieri potest, detrimento. Idem dico fœnescenti, & mori incipienti: laboretur, ut ex vitæ educamus omnes divitias, quæ educi possunt. Olivat. 3. conc. 21. de Pass. Chr. ego sum pastor bonus.

Num. III.

In morte sit oratio, pia suspiria.

**Jesus emissit voce magna spiravit.** Marci 15. 37. In hoc, quid faciendum sit nobis in ipso articulo mortis; edocuit bonus Magister. Tunc enim Pater vocandus est; tunc ei filiali amore medullitus ad hærendum est; tunc potissimus ei spiritus commendandus est: quia tunc maxime flammone circa nos, tanquam rugientes leones, circumveant preparat ad escam. Hugo Card. hic.

**Mane nobiscum.** Luc. 24. 29. dicat nunc aliquis non beatum Jacob, cum in ipsi mortis diebus esset; qui plura cum Deo, quam cum hominibus; alloquia miscbat. S. Ambr. de Jac. apud Bæza t. 1. l. 5. c. 3. §. 12.

**Domine Jesu suscipe spiritum meum.** Act. 7. 58. In articulo mortis sanctissimum nomen Jesu dicit; ut nos in eodem moriamur. Sylv. hic.

Num. IV.

Pœnitentiæ mortificatio.

**Ibimus viam trium dierum in solitudinem.** Ex. 3. 18. Deus Hebræorum, id est, transseptum, ab hac vita migrantium, vocavit; scilicet ad gloriam; ut eamus viam trium dierum in solitudine, id est, morte. Tres dies sunt confiteri, communicare; & ungi: quia in isto homo se sacrificat Deo. S. Vinc. Ferr. f. 2. de Ass. B. V.

S. Laurentius Justinianus cum ageret annum quartum supra septuagesimum, lethali febri afflictio lectum parabat domestici. At ille: non in pluma Dominus meus; sed in durissimo ligno cubavit. Boll. 8. Jan.

B. Machidus, regina conjux Henrici Aucupis regis Germaniæ, morti proxima iussit cilicium humi poni; & se supra poni; propriis manibus imponens cinerem capiti: non deceat, inquit, Christianum, nisi in cilicio, & cinere mori. Boll. 14. Martii.

§. XII.

Quæ homini in morte accidant.

Num. I.

Tentationes.

A Bigebat eas Abram - cumque sol occumberet. Gen. 15. 11. Hugo Vlt. Miscell. 2. tit. 2. Abraham, cum ad occasum solis sacrificium offerret, inantes aves pertulit: quia sacrificium vitæ, quo in ara crucis offerimus, immundi spiritus conatur magis maculare ad occasum solis, seu vitæ. Sylveira in Apoc. 9.

Recessit ab illo usque ad tempus, Luc. 4. 13. mortis scilicet. S. Athanasius or. de Pass. & Cruc. in pudore rejectus, observandum sibi persuadebat tempus mortis.

Frater sibi ostendit. 1. Petr. 5. 8. Ecclesia, licet ea Petri verba ad quamvis aliam horam canonicam diei aut cantari præcipere potuisset, ad solum tamen Completorium, quæ est horarum ultima, diei, voluit: ut doceret; quod hostis noster, licet semper nos dolose impugnet; nunquam tamen enixius hoc agat, quam in ægone. Didac. Nys. Pol. coel. P. 2. lib. 4. c. 5.

Dum in tota vitæ diabolus hominem prævaricari cupiat; amplius tamen in fine molitur decipere. S. Isidorus l. 3. c. 5. sentent.

Num. II.

In morte aperiantur primùm oculi.

Tu nobis, qui feceris mihi Job - Abner - & Amasa. Quæ occidit l. 3. Reg. 2. 5. Horret animus severitatem præscripti à rege id loci, temporisque speculicij, Moriturus mortem imperat; & lacrymarum negligens, cruciatum sicut Ducis sui? Er curus Ducis? cui vitam, regnum, referebat. In suo scilicet lumine morienti homicidium spectatum est. Oliva f. 2. D. 3. Quadr.

Cum dormierit, aperiet oculos suos, & nihil inveniet. Job 17. 19. S. Gregor. l. 18. mor. c. 12. & dormit ergo dives, & oculos aperit: quia, cum carne moritur, ejus anima videre cogitur, quod prævidere contempit. Tunc profecto in vera cognitione evigilat; tunc nihil esse conspicit, quod tenebat. Tunc se vacuum invenit, quæ plenam rebus præ ceteris se omnibus esse lætatur.

In tempore vesperis lux. Zachar. 14. 7. Cum advesperasset nox aderit; quia opes evanescent: sed lux aperit; quia scelerata noscuntur. Desingetur sacerdotis munere supremum vitæ agon: si sibi in mentem revocabit, quorum te meminisse piguit non inquinari. Oliva f. 6. D. 4. Pass. Quadr. Si Jacob filiorum, quæ dissimulabat, scelerata moriturus se verissime arguit. Gen. 49. 4. quæ scelerata tibi tua morientis flagitia videbuntur; si aliena crimina ita trista apparere Patriarchæ morturo: torqueberis proceduntium in lucem monstrorum insultu. Ad vesperum demorabitur status. Pl. 29. 6. Crepusculo vitæ occidentis illustrabuntur, quæ sub vitæ meridiem delituerat facinora. Gen. 15. 12. cumque sol occumberet, super irruit super Abraham, & horror magnus & tenebrosus invasit eum. Id. hic.

Pœna oculus aperit, quos culpa claudit. Talpa, omni tempore, quo vivit, oculos non aperit, nisi in morte. S. Bonavent. l. 116.

Num. III.

In morte omnium evanescent.

Nolite declinare post manus, quæ non proderunt vobis: 1. Reg. 12. 21. S. Gregor. l. 4. c. 2. in 1. Reg. notandum, quia de furore dicitur, non proderunt vobis: quia nimirum nunc proficere cernuntur. Sed cum in furore pro his puniri ceperint, nequaquam profunt. Quidquid enim in hoc sæculo lætatum, delectabile, sublimè prosperum cernitur; vane profectò est: quia difficile habetur & citò amittitur. O quam tibi erit acerba ultima vitæ hora, rerum omnium fuga, tunc quando jacebis in lecto doloris: tunc quando eris in extrema necessitate: tunc quando sudabit frons, pallescet vultus, frangentur oculi, silebit lingua, frigelect manus, regebunt pedes, anhelabit pectus, stupebit animus, formidabit spiritus, affligetur corpus. Tunc, quando maxime indigebis solatio, auxilio, ope, & opera Mundi: Tunc, in illo articulo temporis, in postremo vitæ momento, quando exhalabis spiritum, fugiet Mundus. Tunc fugiet ab ambitioso honor, à superbo gloria, ab avaro opes, à lascivo voluptas. Urinam non & Angelij fugiant, coeletes, mater misericordiz Maria, misericordiarum Pater Jesus. Tunc anima exclamabit cum illis Sap. 5. 9. transferunt omnia illa, tanquam umbra. Transferunt omnia illa, propter quæ exhausti omnes vires corpo-

ris, animi; indultrix, ingenij propter quæ tot subivi pericula, tot devoravi tædia, tot perilli incommoda, tot exaltavi labores. Transferunt omnia illa tanquam umbra, tam citò, cum tanto meo dispendio, in istu oculi, in momento, in puncto.

Num. IV.

Quid morientem soletur.

Obsecro Domine, memento, quæso, quemodo ambulaverim coram te. 4. Reg. 20. 3. Ezechias, cum ægotaret, non mensæ deliciarum plenz recordabatur; nec eximie gloriæ, nec regni; aut imperij; sed justitiæ, ac rectæ conscientiz. S. Christof. hom. 54. in Matth. Hac est consolatio regis morientis; quem cum non jvarent natalium claritas, copia famulorum, deliciarum; delectavit sola impleti officij recordatio. Oliva conc. 30. de Ven. 5. in Quadr.

Tempus resolutionis meæ instat. 2. Tim. 4. 6. Videt Paulum, exultantem, atque dicentem: bonum certamen certavi. v. 7. At quid aliud, inquit, Paulus potuit dicere? Honores certè, gloriæ, cæteraque hujusmodi, nec parva, nec pauca. Nihil autem horum omnium: sed labores; pericula, & repositas pro his coronas, in medium attulit. Neque id injuria: illa enim cum hac vita finiuntur; hæc vero nobiscum egrediuntur: & illorum quidem rationes exiguntur; pro his autem nobis præmia tribuuntur. S. Christof. hom. 54. in Matth.

§. XIII.

Post mortem quæ homini eveniant.

Num. I.

Oblivio hominum.

Insedit ea subter terebinthum. Gen. 35. 4. Revertens Jacob à Laban, in Bethel sacra Deo facturus, justit sua idole abjicere; qua ille infodit. S. Bruno apud Godofridum querit, cur ea sepelire potius, quam comburere voluit? & respondit: quia sepulta faciliè abeunt à memoria. Cathilo Illat. 203.

Perit memoria eorum cum fontem. Pl. 97. 7. ad litteram, campanarum. Hugo Card. hic.

In imagine pertransit homo. Pl. 38. 7. Id est, perfectè, & ex toto transit: quia nec ipse videtur, nec de eo etiam vestigium aliquod in memoria habetur. Id. hic.

Qui videbant me, foras fugerunt à me; oblivioni datus sum tanquam mortuus à corde. Pl. 30. 12. Non dicit, oblivioni datus sum ab ore; quia necorant pro me: vel ab opere; qui nihil faciunt pro me: sed à corde; quia nec cogitant de me; quod facilius est: quomodo ergo facient pro mortuis difficultiora? Brognard. Mortis memoria.

Num. 2.

Quis enim comitatur; quid secum deferat.

Lazarus amicus noster dormit. Joan. 11. 11. Ergo viro nobilissimo è prima infirmitate, tot pagorum domino, tam diviti, charo tot magnatibus; post alteram diem sepulture, à proluxa illa honorum seriè, nihil aliud superest, quam amici Dei titulus? Lazarus amicus noster dormit. Neque honorum illa inanis mortui funere primùm spectata est: nam morbi gravitas ubi spem vitæ labelatavit, ægroti sorores scribentes ad Messiam, nullo alio, quam amici, nomine eum commendant: Domine, quem amas, infirmatur Atamen verum est in tanta inopia titulorum, & nominum illustrium, sufficere culibet dominantium in terra; habere, in patrimonium æternitatis, diploma, & honorificum testimonium, quo amicus Dei nuncupatur. Hoc unum deferebis ad tribunal, redditori administrationis vestre rationem. S. August. de Civ. l. 10. c. 4. bonum nostrum nullum est aliud; quam illi coherere, cuius unius anima incorporeo, si dici potest, implexu, veris impletur, focundaturque virtutibus. Ad hoc bonum debemus, & à quibus diligimur, duci; & quos diligimus, ducere. Oliva conc. 30. die Ven. 5. Quadr.

Quere ab impio in morte regna, & opes: qui parasti, casus erunt (respondet: heu! non mea amplius erunt, sed aliorum. Quare à jullo; qui parasti, casus erunt? respondet: mea erunt in æternum. S. Ambros. in Luc. 12. Remanent in sæculo cuncta, quæ seculi sunt: sola virtus, comes est defunctorum. Cornelius in Ex. 14.

Quidam rex moribundus dixit: heu! quot præcursores habere solebam ad parandum mihi hospitium! hodie recedo solus ad patriam ignotam; & nullum invenio, qui me velit præcedere, vel comitari. Brognard. Mors.

Num. III.

Num. III.

Varia.

Bonum est nos hic esse. Matth. 17. 4. Cum Moyses, & Elias, excessum loquirit; Petrus ait: bonum est. Quam diversa cogitationes vivorum, & mortuorum. Moyses, & Elias, qui aliud sæculum viderunt, dicunt, moriatur Christus; Petrus autem, bonum est hic esse. Defuncti dicunt Sap. 5. 8. quid nobis profuit superbia? illi delicias abominantur: dicis tu: non præsum sit. Sap. 2. 8. Oforius D. 1. Quadr.

S. Hieronymus Comment. in II. adfert Apologum: procellus parentis sui mortem acerbo grunnitu flevit. At cum, lætis testamenti tabulis, glands acervum, & aliquot faring modios sibi legatos audisset, obtulit. Rogatus, cur tam subito fletum omnem comprimeret? farina, & glands, ait, mihi os obstruunt.

Focus extinctus. Lem. Cinis est, quod ante micant, Picinelli.

§. XIV.

Mortis memoria.

Num. I.

Symbola.

Exiit Dominus Deus Ada, & uxori ejus, tunicas pelliceas. Gen. 3. 21. Cur Deus tales iis vestes dederit? causam refert Origenes hom. 6. in Levit. talibus oportebat indui peccatorem; quæ essent mortalitatis; quam primo peccato acceptat; & fragilitatis ejus; quæ ex carnis corruptione veniebat, iudicium.

Ambulavit Enoch cum Deo, & non apparuit: quis tulit eum? Gen. 5. 24. Sed cur à Deo occultatus? Chaldaus: quia non mori fecit eum Deo. Quasi timeret Deus, ne homines eum, & memoriam mortis emitterent, videntes non mori eum; & idem eum occultavit. Beza 2. l. 1. c. 2. 5. 2.

Aspergite ossa mea vesicum. Gen. 50. 24. Joseph, in utilitatem fratrum, iussit ab eis ossa sua ex Ægypto asportari: ut scilicet mortis memores essent; & quoties ossa ejus aspicerent, dicerent; hæc fuit ossa potentis illius ac sapientis viri Joseph; & tandem mortuus est. Quid de nobis erit? nunquid & nos morietur? Diez conc. 1. D. 15. Pent.

Collige annuquique. Ex. 16. 16. Nullas relinquat ex eo in manè. v. 19. Cur prohibet lex cibum in crastinum servari? S. Paschasius l. 4. in Matth. gradienti per desertum populo præcipitur, ut singuli non amplius ad victum quotidianum, quam gomor unum, colligerent: sic vivant quotidie, quasi morturi.

Cinerem tanquam panem manabunt. Pl. 101. 10. Balduinus hic: id est, memoriam infirmitatis, & conditionis meæ; qua meminisse me pulverem esse, & cinerem; panis mihi est, refectio mea est.

Sol cognovit occasum suum. Pl. 103. 19. Itane? tantis stiparis radiis, tanta ornatus luce, noctis recordatur; seque occasum destinari sol intelligit? & homo, vultus ærumnis, & mortem secum in carne vehens; obliviscatur occasus? qui sumus sciamus agri, quod hodie est, & cras in libanum mitteretur. Matth. 6. 30. Cedorum nobis incorruptionem pollicemur? nisi cineres comparaveris tibi, ignis tuus citò extinguetur. Tunc fulgebis ut sol, si te umbralis. Oliva 2. Seron. hic.

Floris apparuerunt in terra nostra tempus putationis adventus. Cant. 2. 12. Convenienter Salomon hæc duo conjungit q. d. morx, ut flores apparent; & initia vitæ floreant; jam ferè adest tempus fecandi per mortem: ideo ferge, propera, & veni, ad studiosè operandum. Id. hic.

Vox turris audita est in terra nostra. Cant. 2. 12. Per turrem S. Nysenus hom. 5. in Cant. Epiphanius hresis 59. intelligunt præcursores Domini; cujus præcipua vox fuit, penitentiam agite. Vox turris; id est, sacerdotis dicentis: memento homo, quia pulvis es. Ecce subidò venit dies mortis, in quo dicatur tibi: tempus putationis, vel sectionis, advenit. Velis, nolis; putandus es, & fecandus in morte. Auferenda à te sunt non solum superflua, sed cuncta, quæ possideas: auferentur dignitates, opes, vita, & corpus ipsum; ut nihil remaneat, nisi minutissimus pulvis. Reduc in memoriam virides, & pulchros ramos olivarum, & palmarum, quos in manu gestabas anno præterito; qui jam sunt in cineres conversi: ut intelligas, omnem hanc terrenam pulchritudinem, & viriditatem gloriæ, qua potiris, convertendam in cinerem. Licet sis hodie formosus sicut lilium, cui nec gloria Salomonis potuit comparari; hodie es, & cras in libanum miteris, ut in cineres converteris. De Ponte hic.

Cibavit me cinere. Thren. 3. 16. Moraliter cibavit cinere, qui sepe de morte cogitat. Cinis es, & cinerem reverteris. Gen. 3. 19. Cornelius hic.

Ite ad exitum viae vestre, & quoscunque inveneritis, vocate ad auxilium. Matth. 22. 9. Albertus M. l. 74. illi, qui sunt in exitu, R. P. Spanner Poly. Tom. 11.

bus viarum, mortem suam jugiter prospiciunt; & qui se credunt quotidie mortuos. Et certè tales dignos se efficiunt, ut ad Christi nuptias introire mereantur: quicumque enim mortis suæ efficaciter recordantur, student esse patientes, continentes &c. Didacus Nys. l. 1. in die Cin.

Præcepit turba, discurrere super terram. Marci. 8. 6. Super terram discurrunt, quicumque terram, & pulverem, se esse cognoscunt. S. Eusebius Emiff. D. 6. Pent.

Sicut ex cineribus fit vitrum, & speculum; ita ex incineratis nobis speculum faciamus. Broymard. Mortis memoria.

Num. II.

Mortis memoria fit continua.

In omni opere suo dicat sibi ipsi: si modò moriturus esses, faceres istud? S. Bernardus in speculo Monachorum.

In omnibus operibus tuis memento te esse hominem; & timor ejus, qui avertit spiritum principum, semper sit ante oculos tuos. Jugi meditatione inter hujus transeuntis gloriæ blandimenta, memorare novissima tua; quia quibus successerit in sedem, ipsos sine dubio sequetur ad mortem. S. Bernardus ep. 237. ad Eugenium P.

Sociam tibi, & uxorem, quære; quæ nunquam à te separatur, memoriam mortis. Porro filii tibi amantissimi sint gemitis cordis. Servum posside corpus tuum; amicas verbè sanctas virtutes angelicas, quæ tibi exitui tui tempore auxiliari poterunt, si eas tibi amicas familiaris feceris. Hac est sanè generatio quærentium Dominum. Affectus Dei parentum exaudit affectum. Joan. Climacus gr. 3. de peregrinato, & somniis.

Memoria mortis est quotidiana mors. Sicut cibus omnibus panis vilior est; & magis necessarius; ita præcat omnibus mortis operibus mortis cogitatio. Id. gr. 6. de memor. mort.

Diu, noctuque, ad ultimam horam respice. S. Nilus Cap. Parænet.

Cum volueris incipere opus Dei, priùs condè testamentum; tanquam non habeas vivere in hac vita. S. Isaacus l. 1. de contemptu Mundi c. 17.

Num. III.

Mortis memoria semper, & ubique, occurrit.

Sedens in sterquilinis. Job 1. 8. In sterquilinis sedebat; ut, quæ esset substantia sue carnis, penderet; & ex scætorè loci caperet, quòd festinè corpus ad scætorè rediret. Hugo Card. hic.

Ece defunctus. Luc. 7. 12. Triplex mortis admonitio: defunctus filius; vidua, cuius maritus fuerat defunctus; & populus defunctum pullatis vestibus lugens. Si quæres; quis hanc vel illam ædem extruxit? paucas novas invenies: veterum autem ferè omnium ædificatores dicentur esse mortui. Stengelius t. 4. Jud. div. c. 44.

Monumentum dicitur, quod monet mentem cujuslibet insipientis: ut recordetur, quòd cinis est, & in cinerem revertetur. Durandus l. 1. c. 5. de cæmeterio.

Abassinus Imp. Preterjames dicitur, inter edendum solitus fuit ante oculos habere vitreum vas cinere plenum; cujus aspectus diem extremum objiceret comedenti. Nicolaus Godinus l. 1. de Abassinor. reb. c. 6.

Cardinalis Baronius in annulo calvariam sculptam gerebat; insinuans, à morte pendere æternitatem. S. Damascenus in historia Barlaam, & Josephat, pricos ait, Sanctorum reliquias religiosè in theca ex collo gestasse; non tantum venerationis, sed & memoriz mortis causa.

Quæ mensis apponuntur, quid aliud, quam memoria mortis? virtum manu tenes? vita tua fragilior vitro est. Quidquid comedimus, vixit; herbz, frumentum, bubula &c. Stengelius t. 4. div. jud. c. 44.

§. XV.

Mortis memoria utilis contra peccata; convertit &c.

Ex Veteri.

In quocunque die comederis ex eo, morte morieris. Gen. 2. 17. Pererius querit; cur Deus primo homini, ut illum intrâ limites cohiberet, pœnam mortis statuerit? Videtur enim ad incutiendum timorem, latius fuisse, si gehennam intenterat. Respondet: licet pœna inferni recipia gravior sit, quam mors corporis; comminatio tamen corporalis mortis acrior, & vehementior est, ad commovendum hominem.

Nam sanguinem hominum istorum, & animarum periculis, bibam? nescit ergo bibere. 2. Reg. 23. 17. Suavitatem bibendi habere non poterat, quæ propolisset mortis horrore constabat. S. Ambros. q. d. quomodo bibat aquam, cui horrenda mors ob oculos versatur; ob oculos mortis nulla est sine multo felle voluptas, nulla sine amaro dulcedo, nullæ sine auxilio curis deliciz. Didacus Nys. l. 5. D. 4. Quadr. §. 3.

Mansit juxta fluvium Tigris. Et cavet, ut lavare pedes suos. Tob. 6. l. 2. Sicut Tobias sedens in littore Tigridis fluminis,